



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2209. Markgraf Albrecht stiftet das Kloster Wanzka im Lande Stargard, am
25. Januar 1290.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2209. Markgraf Albrecht stiftet das Kloster Wanzka im Lande Stargard,
am 25. Januar 1290.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, univcrfis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, subscriptorum omnium perpetuam firmitatem. Quoniam mutabilium successio temporum actiones hominum variat et immutat, ne contra rem gestam quandoque pravorum confurgat invidia et exinde rite acta contingat temeritatis omine retractari, ut rei tempus et ordo pensetur, ea que inter mortales ordinantur in scriptorum superficiem necessario rediguntur, ut rei geste veritatem testentur expressam follester eloquia litterarum: hinc est quod ad univcrforum notitiam tam presentium quam futurorum volumus devenire, quod nos de consensu et benivolencia heredum nostrorum ecclesiam sanctimonialium in Wancik Cysterccnsis ordinis Havelbergenfis dyocesis fundavimus ad honorem omnipotentis Dei et sue matris beate Marie semper virginis gloriose pro uberiori anime nostre necnon progenitorum nostrorum remedio, dotantes et conferentes iusto proprietatis tytulo eidem ecclesie villam Wancik adjacentem, necnon viginti quinque mansos in villa Beleviz et Blankense totam, Zachowe totam, Crikkowe totam et ibidem proprietatem molendini cum quinque choris et dimidio filiginis annuatim, Mechowe cum sexagintaquatuor mansis, cum omni situ agrorum sine mensura in agris predictarum villarum perpetuo faciendae, cum omnibus suis attinentiis, molendinis, silvis, pratis, pascuis, stagna quoque cum suis usibus omnibus et singulis, ita videlicet ut nullus preter consensum Prepositi qui pro tempore fuerit in eisdem aliquibus piscationibus perfruatur, et generaliter cum omnibus determinationibus bonorum attinentium in terris cultis et incultis, novalibus extirpatis vel in posterum extirpandis, cum omni utilitate, que nunc est vel de predictis bonis haberi poterit in futurum. Ceterum protestamur per presentes, quod nos ecclesie memorate in villa Lubrechtisdorp jus patronatus ecclesie et ibidem undecim mansos cum taberna contulimus propter Deum, necnon octo mansos in Culpyn, Bruswalde sex mansos, in Cuffowe quoque octo mansos, cum omni questu ac usu de mansis eisdem, cum omni proprietate prescripte ecclesie pure resignavimus et devote, eodem modo ob persistenciam fortiorem molendinum proximum valve Stargardensi, ex qua itur Rovin cum fructu toto ac omni iure, item de quatuor molendinis apud dictam civitatem Stargard sitis trigintaduos solidos Brandenburgensium denariorum, et totum censum arearum civitatis ejusdem. Preterea ne quis eandem ecclesiam sanctimonialium in Wancik in se vel in suis subditis in aliquo valeat perturbare, contulimus eidem omnem jurisdictionem dictorum bonorum, iudicium videlicet sanguinis, id est capitalis sententie, omniumque culparum correctionem et omne jus prefecture super colonos eorundem bonorum, nichil omnino juris nobis vel nostris successoribus in eisdem quomodolibet reservantes, adicientes ut homines dicte ecclesie ab omni onere petitionis, precarie et servicii cuiuslibet sint immunes. Ut autem huiusmodi fundatio et donatio per nos rite facta in perpetuum firma et stabilis perseveret,

ne per nos seu per quempiam successorum nostrorum in posterum valeat irritari, in testimonium premissorum presentibus de certa nostra conscientia conscriptis sigillum nostrum duximus apponendum. Hujus rei testes sunt Rodolfus Munth, Henricus de Lancowe, Ludolfus de Plote, Gothemarus Dargaz, Guntherus de Reberch, Albertus de Heydebrach, Erenbertus de Wodenfue(ge), Henricus Manduvel, Henricus Soneke, Henricus Mysnerus, Bernardus de Peccatel, Henricus de Peccatel, Fredericus Soneke, Willekinus Soneke, milites, et famuli Johannes de Heydebrach, Henricus de Heidebrach, Henricus de Staffelt, Guntherus de Reberch, Conradus de Lancowe, Geroldus de Peccatel, et quamplures alii clerici et layci fide digni. Datum Stargard per manum Ludolfi, nostre curie notarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in die conversionis beati Pauli apostoli.

Aus Bell's Gesch. des Landes Stargard I, 316.

2210. Bündniß des Herzogs Heinrich von Schlesien mit dem Herzoge Heinrich von Glogau zum Beistande gegen jedermenniglich, die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg und bestimmte Andere ausgeschlossen, vom 6. Mai 1294.

In Gotes Namin Amen. Wir Herzoge Heinrich, von Gotes Genaden Herzoge von Sclesien vnde von Wrezlan, tunt kunt allen den, di diesen kegewortigen Brieph angefeen, daz Wir Vns mit vnserm Vettern, Herzogen Heinrich von Glogow, von Vnser vrier willkor mit gutem Willen, nach Vnser getreuwen Manne Rate geeynet vnde geebent haben also, daz Wir immirme ewechlichen gute Gevrint sollen sin, vnde Libes vnd Gutes ane vare sullen sin vnde in Vnses Vettern Vesten vnde Lant vnd Stete vrielichen riten mugen vnde wandern, daz auch der Krich vnde alle der bose Wille, der zwischen Vns zwen gewesen ist, sie ane alle Argelift hingelegit vnd von Vnsen Herzen gar gelassen. — Wer auch, daz imant Vnses Vettern Lant von Glogovv vvolde anvechten, ob her vns daz kunt tut, so sulle wir darnach binne Virzzen Nachten im mit hundert vordackten Rossen helffen getreuvlichen, vf allerhande Mann von dem Tage alse diese Handveste ist gegeben übir fünfh Jar, sundir alleyn dem Kunick von Behem, Herzogin Bolcken, vnser Bruder, Marcreuen Otten vnde Marcreuen Albrecht, di Gebruder von Brandenburck, Greuen Albrecht von Anhalt vnd den Herzogin von Polen, vf di vvole Wir im nicht helffen. Wir globen auch daz ane alle arge List in Treuvven, daz vvir keynen dirre Herren, die Wir vz dieseme Gelubde gezogen habin, noch keinen andern Fursten sullen dorzu halden, daz her vnser Vettern von Glogovv bin den fünf Jaren ane rechte, welchir aber in angrefet, dem sulle Wir nicht vf Vnsen Vettern helffen. — Daz alle diese Berichtunge von vns gehalten werde, druf gebe Wir disen Brif mit